



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad  
Annum 1746

**Luxemburgi, 1752**

LXX. Consecratio Hieronymi de Bock in Pseudo-Episcopum Harlemensem  
damnatur; & excommunicationis, ac suspensionis sententia in ipsum  
pronunciatur. 20. Decemb.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

ANNO  
1742.  
Admitit qui-  
buslibet fa-  
cilitatem di-  
spenfandi  
quoad præ-  
dicta vota,  
ex quacum-  
que cauſa.

Eamque re-  
ſervat Rom.  
Pontifici, aut  
Super, Ge-  
nerali tan-  
tum in actu  
dimiſionis.

Collationes  
Beneficiorū  
curat., aut  
refid.; Miſ-  
ſionaris fa-  
ctas, & fa-  
ciendas an-  
nullat.

Clauſula de  
perpetua Li-  
terarum fir-  
mitate.

Derego-  
nies.

Exemplorū  
auctoritas.

Dat. die 18.  
Dec. 1742.

verum etiam quacumque in dispensando pro votis hujusmodi, ac praesertim vota stabilitatis, facultatem, tum ordinariis Noſtriſ & Apostolicae Sediſ prafata pro tempore ubicumque exiſtentibus Nuntiis, & Legatiſ, tum omnibus, & singuliſ Congregationibus Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quavis auctoritate, privilegiis, & induſtis, quibus omnibus, quoad hanc partem, motu, ſcientia, po- teſtate, ac tenore paribus derogamus, quomodo libet competentem, & reſpectivè attributam, omnino inhibemus, & inhibitam eſe volumus, ac declaramus; ita ut quilibet diſpenſatio pro votis ſupradictis, ac praesertim ſtabilitatis, cui libet Presbytero, ſeu Clerico, vel Laico diſcta Congregationis, ob quacumque cauſam, a quibusvis, etiam ſpeciali mentione dignis, (dummodo non fuerit confeſſa per Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem Successorem noſtrum, ſive per modernum pariter, & pro tempore exiſtentem Superiorē Generalem ejusdem Congregationis in actu dimiſionis tan- tum, juxta prafatas Constitutiones), quomodo libet confeſſa, & quilibet cuiuscumque Bene- ficio Eccleſiaſtici perſonalem residentiam requiri- rentis, vel animarum curam extra diſtam dumtaxat Congregationem unitam habentis, colla- tio, cuilibet ex Presbyteris, & Clericis prafati quomodo libet facta, & capta etiam poſſeſſio, irri- ta, & nulla ſint, ac nullius roboris, & momenti habeantur, perinde ac ſi minime confeſſa, facta & capta fuſſet, ac propterea nemini, ad quem ſpeciat, & pro tempore quando- cumque in futurum ſpectabit, ſufragentur.

§. 5. Decernentes eadēm praefates literas, & in eis contenta quacumque ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, ſiuſque plenarios, & integrō effec- ſorū, & obtinere, ac illis, ad quod ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia plenifime ſufragari, & ab eis reſpective, inviolabiliter obſervari; ſicque & non aliter in prämissis per quoquācumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caſularum Pa- latii Apostoliſi Auditores, ac S.R.E. prafata Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Apo- stolicae Sediſ prädicta Nuntios, ac quovis aliis quacumque präeminentia, & potestate fungen- tes, & functuros, ſublata eis, & eorum cui libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & defini- ſi- debere; ac irri- tare, & inane, ſi fecus ſuper hiis a quoquā quavis auctoritate ſcienter, vel igno- ranter contingit atten- tari.

§. 6. Non obſtantibus prämissis, neconon noſtra, & Cancellaria Apoſtolica Regula de jure quāſito non tollendo, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in contrarium prä- missorum quomodo libet confeſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singuliſ, illo- rum tenores präsentibus pro plene, & ſuffi- cienteſ expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robre per- mansuriſ. ad prämissorum effec- ſum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariiſ quibuscunq;.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem prä- ſentium literarum tranſumptis, ſeu exempliſ, etiam imprefſis, manu aliquiſ Notarii publici, vel Secretarii Generali diſta Congregationis ſubscripti, & ſigillo perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, vel Superioris Generalis Con- gregationis prafata munitis, eadem proſuſis adhibeatur, que adhibetur eisdem prä- ſentibus, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatori die 18. Decembris MDCCXLII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

D. Cardinalis Paſſioneus.

Confeſſatio Hieronymi de Bock in Pseudo-Epi- scopum Harlemensem damnatur, & excom- municationis, ac ſuſpensionis ſententia in ipſum pronunciatur.

Dilecti Filii, Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus.

#### BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, ſalutem, & Apoſtolicam Benedi- ctiōnem.

¶ BURDESCIT quotidie magis infandum Schisma, paucorum perfidia apud vos conflatum; nec definit in præcepſ ruere, ac novis in dies ſceleribus irritare amantissimi Patris animum, ſibi que a bonis omnibus ludibria cumula- late.

§. 1. Cognovimus enim Petrum Joannem Meyndarts, funeſtissimum ejusdem Schismatis Caput, aufum fuſſe reficare illatum Catholicae Eccleſie tam dira perduellionis vulnus, illegi- timo Ritu, & ſuſcatis Ceremoniis confeſſato in Harlemensem Pseudo - Epipocum Hieronymo de Bock, eis ſimiolo, parique inverecunda fronte, ac protervitate.

§. 2. Detestamur utique indignum facinus, dolemaſque, nullum ab iis, eorumque Secta- toribus fieri ſurendi finem. Non tamen adhuc exuiuſ paternam iniferordiam, ac veluti mater, confeſſa incredibili merore ſuper infa- nientem filium, pietate potius, quam iracundia percellimur. Sed quid ultra ad eos revocan- dos fieri potest, quod non perfecimus? Cla- maximus, viam, quam inſiſterent, ad interitum ducere, nec audierunt. Exprobavimus fractam, quam promiferant Domino, fidem, negatamque Romanæ ſedi obedientiam; & continu- ruit aures suas, ne conſientia latrante ſe reſi- pierent, ad ſanamque mentem redirent. Fla- gelum denique diſtrinximus Eccleſiaſticas ſe- veritatis; & occalſent, parviqe pendere vi- dentur acceptas plagas, quaſi ſe non attingant, probé teſtis lorica duriflame contumacie, pu- dendaeque perduellionis. Igitur cum Eccleſiam, ejusque Supremum Paſtorem non amplius au- diant, id ſolū ſupererit, ut ē Christi Domini Oraculo habeantur veluti Ethnicus, & Publicanus, extorres Catholico Grege; utque ſe jačent, quantum lubet, in ea Satana Eccleſia, quam ſibi ſtaturunt, nec amplius glorientur ad veram Eccleſiam ſe pertinere, unde penitus exeluiſ, dejecti, depulsi ſunt. Nos utique, in magno de illorum pertinacia dolore, latramur ſaltē, ita denique hanc jamdiu male olentem repro- borum apud vos hominum ſentiam exhaustam, iſporum diſceſſu, cenſeri poſſe, atque adeo mi- nus ab eadem metuendum eſſe. Utinam verò & Catholicorum nomen, quod hačtenus retinere conantur, jam tandem deponerent. Sic enim prorsus abjiceremus ſollicitudinem, ne ſimplici- bus, incurioſis, aut malè, quid illic veneni la- teat, inſtruſis, imponant, Catholici nominis uſurpatione, Sacraque Hyerarchiæ falſo ab ip- ſis ſupplete ſimilitudine.

§. 3. Nos quidem, quantum tenuitati noſtre li- cituit, in hujusmodi eventum jamdiuſ Apoſtoliſco Ministro Noſtri ſedulo defuncti ſumus, nefatiamque Joannis Petri Meyndarts ad Ultra- ſectensem Eccleſiam electionem, irritam, ille- gitimam, ac ſacrilegam declaravimus, & quic- quid ex illo, futile commentiſii Archiepil- copatus auctoritatem exercente, prodiiffet, aut prodiuitur fore, nullum pariter irritumque pronunciavimus. Deinceps eadem nota, pari- que infamia, cenſurisque inuſiſimus pränuncupati.

ANNO  
1742.

LXX.

Exordium.

Refertur  
Confeſſatio  
Pseudo-Epi-  
ſcopi Harle-  
menſis.

Quam Pon-  
tifici de-  
ſtatur.

Electiones  
Confeſſan-  
tis, & Con-  
ſecrati nul-  
la; cenſuræ  
in utrumque  
prolata.

1742.

Consecratio  
Hieronymi  
de Bock il-  
licita, & il-  
legitima, de-  
claratur.

Idem cum  
africis ex-  
communicatu-  
tur.

Suspenditur  
ab exercicio  
Ordinis, &  
jurisdictionis.

Admonitio  
ad Catholico-  
cos.

Dat. die 20.  
Dec. 1742.

LXXI.

Congrega-  
tio Parti-  
cularis pro  
questionis  
examine de-  
putatur.

Hieronymi de Bock probrosam cooptationem  
in Harlemensem Antifitem.

§. 4. Nunc autem Praedecessorum nostrorum,  
sacrarumque legum morem atque exempla se-  
quuti, tradita Nobis e Celo potestate, primùm  
hujusmodi nefariam consecrationem, illicitam,  
illegitimatam, sacrilegam, ac contra Supremæ  
Sedis mandata, & Sacrorum Canonum sanctio-  
nes factam declaramus. Deinde ipsum Hiero-  
nymum de Bock, & quotquot huic execrabilis  
facioni operam, consilium, consensum præsti-  
terunt, auctoritate Omnipotens Dei excom-  
municamus, anathematizamus, atque ac Ecclesie  
communione segregatos, ac proflus Schif-  
maticos habendos, & vitandos esse iterum con-  
stituimus. Sciat autem idem Hieronymus de  
Bock, non solum ab iis, qua sunt jurisdictionis,  
exercendis se esse suspensum, sed etiam ab  
iis, qua sunt Ordinis. Mandamus illi propterea,  
districteque interdicimus, sub pena ex-  
communicationis ipso facto, & sine alia decla-  
ratione incurriendo, ut nullo pacto, aut Chris-  
tina confidere, Clericos ordinare, Virgines con-  
secrare, aut alia Episcopalis Ordinis exercere  
audeat; Decernentes insuper vacuos, inanes,  
nulliusque proflus roboris, ac momenti, om-  
nes & singulos alias actus, quos attentare præ-  
sumperit. Ac proinde qui ab ipso Ecclesiastis  
Ordinibus initiati fuerint, noverint suspen-  
sionis vinculo se obstrictos, atque irregularitatii  
propterea obnoxios, si suscepitos Ordines exer-  
cuerint.

§. 5. Quia omnia vobis, Dilecti Filii, renun-  
tianda esse duximus, non ut caveatis ab hoc  
quoque sacrilego insidiatore; siquidem scimus,  
facit vos adversus illius temeritatem, ac sub-  
dolas artes habere prefdii in vestra invicta  
pietate, & religione; sed ut, si aliqui sunt in ea  
contumacissima secta, qui nondum penitus in-  
fixi maneant in limo profundi, a Nobis pro  
paterna caritate admoniti, inducant animum  
resipiscere, ac desinant præbere aures hujusmodi  
faelios hominibus, qui, ut serviant furori suo,  
in veteratoque aduersus veram Christi Ecclesiam  
odio, se proflus Satanæ devoverunt. Vos au-  
tem manete in ea vocatione, in qua vocati  
estis, & quam sequuti Majores Vestri, constan-  
tissimam Fidem suam probuarunt universe Ec-  
clesia, & hujus in terris capiti Pontifici Maxi-  
mo. Reliqui, qui sese iftic obtinharunt ad per-  
sequendum Schisma, pergaunt in exiguo suo Co-  
Ceto gaudere de sacrilega sua pertinacia, sibique  
plaudant ob execrabilis inventum Pseudo-Epis-  
copos constitundi. Non diu erit, cum experti  
dissent, quid sibi profuerit malitia sua; ac fre-  
mebundi intelligent, quid vobis æterni gaudii,  
& immortali gloria pepererit virtus obedien-  
tiae, castaque fides vestra. Huic interim faustis-  
simò eventui proludimus Apostolica benedictione,  
quam Vobis, Dilecti Filii, peramanter im-  
pertimur.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris die 20. Decembris 1742.  
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. Vincentius Luchesinius.

Publicat. die 5. Januar. 1743.

Reos Convictos per indicia indubitate, quam-  
vis non confessos, penitus ordinariis mul-  
tandos esse statuitur.

Monsignore Francesco Ricci della Nostra Città di  
Roma, e suo Distretto. Generale Governatore,  
e Vice-Camerlengo.

A VENDOVI Noi con Viglietto di Segreteria  
di Stato in data dell' 29. Aprile del ca-  
dente anno 1742. espressamente ordinato, che, per  
apportare qualche opportuno rimedio alla frequenza

degli Omicidi, ed altri Delitti qualificati, che si  
commettano in Roma, e nel Nostro Stato Eccle-  
siastico da' Rei, sulla confidenza di non poter'essere  
condannati alla Morte, se spontaneamente non con-  
fessino il lor Reato, o confessandolo ne' Tormenti,  
non ratifichino postea la lor Confessione, doveche  
convocare avanti di Voi una Particular Congre-  
gazione con l'intervento de' Monsignori, Bardi Se-  
gretario della Sagra Consulta, Fabretti, e Clarelli  
Ponenti della medesima, Toppi Fiscale Generale,  
& Avvocati, Mocci Luogotenente dell' A.C.,  
Delfini Luogotenente del Cardinal Vicario, Mi-  
chilli, e Mirogli Luogotenenti del vostro Tribu-  
nale del Governo, e de Angelis Giudice de' Ma-  
lefizj di Campidoglio, e sentirne sopra di ciò il di-  
lei sentimento; ci aveve rappresentato, che dopo  
essersi più volte adunata avanti di Voi la detta  
Congregazione, sianfi in essa maturamente considerati li seguenti Dubbj, e con esseri inteso tanto in  
voce, che in scritto anche il parere dell'Avvocato  
de' Poveri, ne siano emanate le soffrite R. sp. ste.

Primo: An duo, vel tres Testes concludentes  
perneceſe Delictum, & aliquas patientes  
exceptiones, præter illas pro quibus Testes de  
Jure in totum repelluntur a testificando, possint  
suppliri tam ex aliis indicis, & conjecturis  
probatis per Testes minus habiles, & idoneos,  
quam ex numero Testium, ad effectum impo-  
nendi penam ordinariam?

Responsum: Attentis frequentia Delictorum,  
& facilitate, qua Rei negativi evadunt prome-  
ritas penas, esse confundendum Sanctissimo, ut  
declaret, in Tribunalibus Supremis, & suas vi-  
ces gerentibus, ac in Delictis atrocissimis,  
Homicidiis appensatis, & Furibus famosis, posse  
suppliri tam ex Indicis, quam ex numero,  
etiam per Testes minus habiles, & idoneos.

Secondo: An idem servandum sit in Delictis  
sequitis in Lupanaribus, Custodiis Birruario-  
rum, aliisque locis, ubi nec actu, nec habitu  
solent intervenire, aut intervenerint alii Testes,  
quam Personæ infames?

Responsum: Affirmative, dummodo suppletio  
fiat per indicia, & conjecturas, que probentur  
per alios Testes.

Tertio: An contra Convictum indicis indu-  
bitatis concludentes perneceſe taliter, ut  
adimant ab animo Judicis omnem rationabilem  
hesitationem, quod res aliter se habere po-  
tuerit, deveniendum sit ad penam ordinariam?

Responsum: Negativè.

Quarto: An concurrentibus duabus semiple-  
nis probationibus, possint haec insinuari conjungi  
ad imponendam penam ordinariam?

Responsum: Negativè.

Quinto: Demum an in contestationibus fa-  
ciendis Reis, quando Indicia sunt de illis pro-  
ximis indubitatis, possint reticeri aliqua cir-  
cumstantia, ad hoc, ut in casu, quo Rei tor-  
mentis subjiciantur, & tales circumstantias non  
contestatas fateantur, haberit possint pro verifi-  
cationibus a parte post Confessionis, taliter ut  
opus non sit ratificatione ad imponendam pen-  
nam ordinariam?

Responsum: Negativè.

§. 2. Onde Noi considerando esser molto profit-  
evole non meno alla Giustitia, che al pubblico, e  
privato interesse la punizione de' Delinquenti, e  
che più facilmente potrà venirsi al conseguimento  
di questa, ogni volta che diaſi execuzione alle Rife-  
ritte emanate sopra li proposti Dubbj, con il presente  
Chirografo, di Nostra certa Scienza, pienezza di  
Volontà, e Potesia assoluta, confermando, ed ap-  
provando quando faccia di bisogno le fudette Resolu-  
zioni, dichiariamo, e comandiamo, che in avve-  
nire tutti li Tribunali Supremi, e che esercitano le  
Nostre veci, tanto in Roma, che in tutto lo Sta-  
to Ecclesiastico, comprese anche le Legazioni di Bo-  
logna, Ferrara, Ravenna, Urbino, e Benevento,

debbo...

Dubia in  
Congregazione Pro-  
posita.  
Dub. I.

Responsum.

Dub. II.

Responsum.

Dub. III.

Responsum.  
Dub. IV.

Responsum.  
Dub. V.

Responsum.  
Pontifex ap-  
probavit rela-  
tivas Resolu-  
tiones.